Le massacre de midi – p. 94

Casu in meridianum spectaculum incidi. Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis praeferunt. Quidni praeferant ? Non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta ? Quo artes ? Omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur. Interfectores interfecturis jubent objici et victorem in aliam detinent caedem. Exitus pugnantium mors est. « Occide, verbera, ure ! Quare tam timide incurrit in ferrum ? Quare parum audacter occidit ? Quare parum libenter moritur ? » Age, ne hoc quidem intellegitis, mala exempla redundare in eos, qui faciunt ?

SÉNÈQUE, *Lettres à Lucilius*, I, 7, 2-5 (avec coupes).

© Nathan – 25 avenue Pierre de Coubertin 75013 Paris – 2015